



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Singularis animi tranquillitas in discrimine vltimo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

posset, vltimo ingruente discrimine, si fortè caderet, vel loco moueretur iumentum. Ita impeditū, ac propè obrutum vndis totum Rocca dum re-torquet oculos, conspicatus, grauius pereulsus cum gemitu exclamauit. Reuerti ad iuuandum molens ab ducerustico absterretur, haud dubiè periturum ipsum vociferante, nec ad aquarum impetum duraturum equum. Nihil ergò nisi ad Deum vota restabāt, & lacrymarum clamores in cælum, cum prospicit hominem peditem haud multo spatio prægredientem, nunquam ad id loci, quamquam aperta erant, & plana omnia, velut in lacu, visum. Aduocat extemplo. Absq; mora validis ille gressibus torrentes findens vertices appropierat: ad Canisium euadit: exemptoq; pede eum, & equum in sicca ad latus prata subducit. Eo & Franciscus incitat equum, defilitq; & in cari Patris ruēs amplexus. Vt angebar, inquit, quod opem ferre, cum auerem, nullam possem. Cui Pater, affirmo tibi nunquam me perindè tranquillo animo, ac læto fuisse; mecumq; aiebam, Cupio dissolui, & esse cum Christo. Tum ad hominem, qui tulerat opem, ore iucundo, ad hospitium, inquit vna prandebimus, & persoluam tibi debitū

*Singularis animi tranquillitas in discrimine vltimo.*

ex vi.



ex vino donum. Ille vultu liberali visus probare dicta, repositis in equos Patribus præire perrexit. At vbi ad aquarum vêtum est finem è conspectu evanuit. Hominem rusticanum accolarum è numero habitus ac species indicabant. Rocca tamen, cuius nos & ex ore, & commentario hæc accepimus, nunquam dubitavit, quin cælestium fuerit ciuium vnus à Deo missus, qui sanæto illi Patri laborum spatium in publicas utilitates propagaret. Idq; argumentabatur, tum, quod ante necessitatis momētum nunquam apparuerat, tum, quod, vt extra periculum ventum est, desit apparere. Nec erat simile vero promissa benignitate, cum hospitium proximè abesset, se se fraudaturum. Vt cumq; Lector accipiat: mihi haud paulò mirabilior est illa Canisij in supremo discrimine securæ mentis lætitia, & immortalitati tanquam ex proximo ostensæ manus iniiciendæ cupido.

Rebus OEniponti, quam potuit optimè, gestis, reuersus Dilingam ineunte anno duodecesimo stylo manū admouit. Ceterum vix primas duxerat lineas, cum vehementer institit Cardinalis Otho, vt per magni Ieiunij opportu-

na

an. 1568.

an. 1568.

1568.

Elingam ex colit.